



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones Miscellanæ

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisio LXV. Argumentum. Declaratur quid, & quotuplex sit Census? & quæ, & quot conditiones sint in eo servandæ, ut sit licitus, præcipue ex Bulla Pii V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94626](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94626)

nora patrem tuum, & gemitus matris tuae ne obliviscaris. Memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi. *Ecl.* 7. num. 29. Et Tobias moriturus aiebat filio suo: *Honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitæ ejus; memor enim esse debes, quia & quamta pericula passa sit propter te in utero suo.* *Tob.* 4. num. 4. Testantur hanc veritatem Ciconiæ, quæ parentes decrepitos pascunt.

Ugo Cardin. in 2. *Cor.* 13. & alii apud Episcop. Veglen. ubi supra num. 376. & 377. Et gentiles ipsi lumine naturali id agnoverunt, undè scripsere, quod *Pari vindicta Parentum & Deorum violatio expianda foret.* *Val. Max. lib. 1.*

In Jure Ecclesiastico duæ extant fortissimæ rationes, demonstrantes obligationem filiorum erga parentes suos. Una est, quod, si sint in necessitate, & egeant sustentatione, filii non possint ingredi religionem. *cap. Si filii. dist. 30. S. Th. 2. 2. quæst. 101. art. 4. ad Quartum & quæst. 189. art. 6. Cardin. Tolet. lib. 5. cap. 1. num. 5.* Etiam si haberent Votum ingrediendi. *Suarez tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 5. num. 16. & Sanchez in summa Decal. lib. 4. cap. 20. num. 3. & 8. & adeo Jus Ecclesiasticum præfert obsequium patris, & matris obsequio Divino, & assumptioni Religiosi habitus, ut, etiam si necessitas parentum superveniat post factam à filio professionem, adhuc ei concedat exire, ut parentibus subveniat.* *Sanchez ubi supra à num. 14. & seqq. Castropalaus part. 3. disput. 2. punct. 2. §. 6. num. 5. & num. 9. ubi hanc reddidit rationem: Quia obligatio filii, comparatione parentis, est ita intrinseca & naturalis, ut non videatur ab ea eximi posse ob statum perfectionis assumptum: censendus enim est assumi salva hac obligatione.*

Alter ratio est, quod idem Jus Ecclesiasticum reponat inter atrociora, & graviora scelera inhonorationem parentum: Probatur hæc ratio ex eo, quod Sacrum Trident. Concil. *Sess. 14. de Pœnit. cap. 7.* declarat, inter casus referendos Episcopis non nisi atrociores, gravioresque numerari, quod & olim fuisse servatum constat ex *cap. penult. & Glossa ibi de Pœnit. in 6. & Clem. Dudum. §. Per hujusmodi. de Sepultur. & docet Squillant. de Obligat. & Privileg. Episcop. part. 3. cap. 21. num. 1. & 2.* Porro in casibus referendis Episcopo tum in pluribus Diocæsis (quarum Synodos legi) tum in hac Patavina Ecclesia, primus est *Blasphemia in Deum, Deiparam, & Sanctos;* Secundus verò est *Percussio parentum, & quavis gravis actualis injuria, atque gravissima verbalis contumelia,* ut ex pagella casuum reservatorum constat, & ex hoc desumitur, post gravissimum blasphemiz scelus, cæteris majus esse illud, quod filii inhonorantes parentes suos factis, aut verbis patrunt; ac propterea, ubi Parochi in concionibus suis arguere, & insistere studuerint in hoc argumento, suos reddent gnatos, ut abstineant à tam gravi piaculo, & parentes suos impensius honorent.

In Jure tandem Civili unica, sed potentissima est ratio, videlicet exheredatio liberorum à legibus concessa parentibus, in pœnam eorundem filiorum, qui aliquam ex quatuordecim causis ingratitudeis exeruerint contra parentes. *Auth. Non licet. C. de liber. præter. cap. 3. Auth. Ut tum de appellat. cognosc. ubi dicitur causæ referuntur, & easdem recenset Nicolius Lucubrat. Civil. lib. 2. tit. 13. in princip. num. 3.* Quæ omnia amplissimam offerunt materiam Parochis, Con-

cionatoribus, aliisque piis viris, ut rationes defumant ad communiendam reverentiam, obedientiam, & honorem, quem debent filii parentibus suis; præter auctoritatem, & sententias Sanctorum Patrum, quas invenient in Catechismo Romano ad d. 4. *Præcept. Decalogi, & in Horto Pastor. in eod. quarto Præcepto.*

DECISIO LXV.

ARGUMENTUM.

Declaratur Quid, & Quotuplex sit Censuræ? & quæ, & quot conditiones sint in eo servandæ ut sit licitus? præcipuè ex Bulla S. Pii V.

SUMMARIUM.

1. Censuræ quid sit, & ejus definitio?
2. Censuræ divisio, & quotuplex?
3. Censuræ fructuarius solvendus in area, non ad domum creditoris.
4. Pensio pecuniaria solvenda est per debitorem ad domum creditoris.
5. Censuræ vel realis, vel personalis, vel mixturæ.
6. Conditiones quinque necessariae in Censuræ ob ejus naturam.
7. Fundus si pereat, in quo fundatus est Censuræ, perit etiam Censuræ.
8. Censuræ à quibus personis contrahi non possit?
9. Constitutio S. Pii V. super creatione Censuræ.
10. Ejus non usus allegari non potest: Requirit 12. conditiones.
11. Conditiones Censuræ ex Bulla Piana an omnes de essentia?
12. Carmina complectentia conditiones Censuræ.
13. Notarius scribens contractus Usurarios peccat mortaliter.

Post tractatum de Usuris, quia hæc solent committi etiam in Censuræ, idèò Primò quaeritur. Quid sit Censuræ?

Concordarunt omnes scribentes in responsis ad hoc quaesitum, dicentes: Censuræ nihil aliud esse, nisi Jus legitimum percipiendi pensionem aliquam super re alterius immobili, utili, & fructifera. *Censuræ de Censuræ part. 1. cap. 1. quæst. 3. art. 2. & Maltrius in Theol. Mor. disput. 5. num. 95.* Dicitur Jus, quia qui censuram acquirit (nempe Censuralista, vel Censitor) nullum dominium habet rei, super qua censuræ est impositus, sed Jus ad exigendam pensionem annuam à Censuario, id est, rei illius domino. Dicitur *Legitimum*, ad denotandas conditiones justas, & formalitate legales servandas in constitutione Censuræ, præcipuè attendita Bulla S. Pii V. de quibus in tertio quaesito. Dicitur *Pensionem aliquam*, sive in pecunia, sive in fructibus, puta tritico, oleo, vino, & similibus. Dicitur *Super re alterius*, quia Censuario, assumens onus solvendi censuram, remanet dominus fundi, super quo Censuræ constituitur. Dicitur *Immobilis, Utilis, & fructifera*, quia neque super re mobili, neque super fundo infructuoso, seu sterili Censuræ potest creari, sed opus est, ut res immobilis sit, & tot fructus annuatim saltem colligantur ex fundo, quot sufficiant ad solutionem censuræ; ut docent supradicti omnes DD. præcipuè ex forma Constitutionis Piana, & dixerunt infra studiosi nostri ad sequens Quaesitum.

Secundo Queritur: Quotuplex sit Censu?

2 Omnes responderunt; quod Censu sit duplex. *Reservativus*, & *Consignativus*. Ille dicitur *Reservativus* censu, in quo Censualista, proprium fundum dat, & tradit Censuario, in eundemque transfert plenum ipsius fundi dominium, reservando sibi super eo pensionem annuam. Covaruv. *Var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 1.* Redoan. *de Reb. Eccles. non alien. In Rubr. de Constit. annui censu quast. 17. num. 2.* Sotus *de Jusit. & Jur. lib. 6. quast. 5. art. 1.* Menoch. *De Præsumpt. lib. 3. Præsumpt. 107. num. 4. & consil. 983. a num. 12. & seqq.* Et iste censu Reservativus est parum in usu extra Lombardiam, & ideò de eo Doctores ex professo non tractant. Cencius *de Censib. d. part. 1. cap. 1. quast. 1. art. 1. num. 20.* & propius accedit contractui libellario, in quo venditur fundus, & retroceditur venditori ad livellum. Peregrin. *lib. 1. conf. 97. num. 4. & 5.* & de hoc Clerus noster scripsit in sequenti materia de livello à *Decis. LXVI. & seqq.* Alius *Consignativus* censu est ille, in quo datur pecunia, sed non fundus, & est multiplex.

Nam alius est *Temporalis*, qui scilicet creatur ad tempus determinatum, puta tres, vel quinque annos tantum, & alius est *Perpetuus*, qui caret hac taxatione temporis; nihilominus etfi possit durare in perpetuum, est tamen redimibilis ad arbitrium Censuarii.

Vel alius est *Pecuniarius*, quando pensio solvitur in pecunia, & alius est *Fructuarium*, tunc nimirum, quando pro pensione redduntur fructus. Cencius *d. quast. 1. art. 2. & 3. à num. 8. 9. & 10.* ubi notat, Censum fructuarium, seu pensionem consistentem in fructibus solvendam esse in area, nec posse obligari Censuarium debitorem, ut eam mittat ad domum creditoris. *l. 1. §. Licet autem ff. de Pericul. & Commod. rei Vendit.* Quod tamen non dicit Roder. *de annuis redditib. lib. 2. quast. 6. num. 3.* Secus autem de pensione pecuniaria, quæ à debitore deferenda est ad domum creditoris, Maurus *de Solut. cap. 29. num. 1. ubi num. 21.* limitando dicit, quod quando species est consignanda, tunc debet consignari in loco, ubi reperitur, ut per Urfill. *ad Affict. dec. 316. num. 3.* & tradit Card. Tuscus *lib. 7. Conclus. 350. per totam.* quod neque inutile, neque injucundum est scivisse.

5 Aut tandem Censu consignativus alius est *Realis*, qui fundatus est in fundo stabili, & immobili. Alius *Personalis*, cujus fundamentum est industria alicujus personæ, ex cujus laboribus proveniat lucrum pro solutione censu. Alius verò est *Mixtus*, qui constituitur super re simul, & persona; ita ut, si res pereat, persona remaneat obligata; at personalis, & mixtus Censu quamvis de sui natura licitus videatur, ut demonstrat Covaruv. *Var. lib. 3. cap. 7. num. 5.* nihilominus ob periculum usurarum prohibitus omnino fuit per Bullam S. Pii Quinti. Cencius *d. part. 1. cap. 3. quast. 1. art. 6.* & Nicolius *lib. 3. tit. 24. sub. num. 23.*

Tertio quæsitum fuit: *Quæ requirantur conditiones pro legitimitate, & validitate Censu?*

Dictum fuit, alias conditiones requiri ex natura contractus; alias autem ex solennitate Juris, nimirum ex Constitutione S. Pii V.

6 Ex natura contractus quinque conditiones debent intervenire.

Prima est justum pretium; & tale dicitur secundum aliquos, quando pretium datum pro censu esset sufficiens emere tot campos, vel domus, ex quibus deductis expensis tantundem proventus haberetur, quot redditus censu ipse, *Rebell. dict. lib. 10. quast. 5. in princip.* Menoch. *conf. 445. num. 11.* Sed hoc non placet, quia possessiones camporum pluris valent ob plenum eorum dominium, & minus reddunt in fructibus deductis expensis, laboribus, & periculis, quam censu. Gratian. *discept. forens. cap. 545. num. 17. & 18.* Cencius *de censib. part. 2. cap. 1. quast. 1. art. 4.* & Leotard. *de Usur. quast. 59. num. 20.* Alii dixerunt, justum pretium esse, si censu perpetuus ematur non minoris, quam unus pro triginta, redimibilis vero non minoris, quam unus pro quatuordecim, videlicet in censu redimibili pensio non sit major, quam septem pro centenario, in perpetuo autem tria cum dimidio. *Rebell. ibidem num. 5.* Comitoli. *Resp. moral. lib. 3. quast. 28. num. 10.* Leotard. *d. quast. 59. num. 20.* Alii scripserunt pro Justitia pretii servandam esse taxam factam à Principe. *Salas de Censib. dub. 22. num. 3.* Alii vero firmarunt, justum pretium dicendum esse, quod universalis consuetudo approbavit. Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 47.* Leotard. *dict. quast. 59. num. 22.* Covaruv. *Var. resol. lib. 3. cap. 9. num. 6.* Gaspar. Anton. *Theaur. Quast. forens. lib. 1. quast. 32. num. 5.* & Gratian. *disc. for. cap. 141. num. 27.*

Secunda conditio est, ut censu fundetur super re immobili fructifera, & quæ saltem tot fructus annuos reddat, quot sufficiant ad pensionem censu solvendam; ea enim est fundamentum essentialia censu, adeo ut ipsa pereunte, vel in toto vel in parte, etiam censu vel in parte, vel in toto pereat. *Rebell. d. lib. 10. quast. 6. num. 1.* Cencius *de Censib. part. 3. cap. 1. quast. 1. art. 1. num. 16.* Nicolius *Lucubr. Civil. dict. lib. 3. tit. 24. num. 61. & num. 103.* latè *Leotardus de Usur. quast. 50. quast. 56. & quast. 57.*

Tertia conditio est, ut Censuarium, quando censum assumit super dicto fundo fructifero, sit ejus liber, & absolutus dominus, habeatque illius liberam administrationem; hinc fit, ut pupillus censum constitutere non valeat super suis bonis, neque maritus super fundo dotali, neque clericus super terris beneficii, neque Regulares super possessionibus Conventus, neque emphyteuta, feudatarius, aut fideicommissarius super campis subjectis emphyteusi, feudo, aut fideicommissio, neque secundum censum Censuarium creare possit super eodem fundo, nisi ita uberes sint fructus, ut valeant sustinere primam, & secundam pensionem, ut probat Nicolius *d. lib. 3. tit. 24. à num. 25. & seqq.* & Leotard. *quast. 51. 52. 53. & 54.*

Quarta conditio est, ut contrahentes verè, ac sincero animo intendant constitutere censum, quia, si eorum intentio esset mutuare pecuniam, & ita exigere lucrum, usuram committerent. Nicolius *ubi supra num. 24.* *Rebell. d. lib. 10. quast. 3. num. 2.*

Quinta tandem conditio ex natura contractus est, ut in censu creatione circa pacta, in quibus partes convenerunt, servetur æqualitas, nec venditor aggravetur ab emptore contra justitiam, sed si quid majus onus imponatur uni parti, quam alteri, pars onerata compensetur aut diminutione, aut augmento pretii: Valentia

tia tom. 3. disput. 5. quest. 22. part. 2. & Nicolius ubi supra. Et hæc conditiones servandæ veniunt etiam in contractu livellii.

Ex Constitutione autem sanctæ memoriæ S. Pii Quinti, [quæ incipit Cum onus Apostolicæ servitutis, lata Romæ Anno 1569. in princip. Ugolin. de Usur. cap. 42. & quæ in Bullar. la 79. tom. 2. pag. 208. & de cuius non usu, vel contrario usu in materia censuum, neminem dicere, aut allegare posse, respondisse Sacram Congregationem testatur Nicolius d. lib. 3. tit. 24. num. 29. quia tanquam declaratoria juris naturalis, & divini est ubique servanda, quod etiam sustinet Comitulus d. lib. 3. quest. 27.] duodecim sequentes conditiones requiruntur.

1. Ut census imponatur super re immobili.
2. Quæ sit fructifera.
3. Ut certis finibus sit designata, & sic non sufficit, illum imponere generaliter super omnibus bonis præsentibus, & futuris.
4. Ut in stipulatione Instrumenti pecunia realiter exbursetur, & numeretur ab emptore venditori census in præsentia Notarii, & testium, idem non sufficit eam ante numerasse, vel creditorem de ea extitisse, quicquid dicat Diana part. 1. tract. 8. resol. 44. pro foro conscientiæ, quæ in Coordinato est tom. 6. tract. 3. resol. 69.
5. Nè pensiones census solvantur anticipatæ ex pacto sed terminis maturatis, & semestribus transactis.
6. Ne venditor obligetur ad casus fortuitos, puta si domus incendio periret, vel molendinum excrecentia aquarum, vel chafmate [id est, si terra aperiatur, & ibi fiat vorago] fundus destruat: in his enim casibus etiam census perit, & censuarius non tenetur ampliusolvere pensionem.
7. Ne fiat pactum restringens libertatem censuario alienandi rem censui subjectam, vel quod teneaturolvere laudemium censualitæ pro obtinenda licentia illam alienandi.
8. Tenetur tamen censuarius volens vendere rem censitam admonere prius emptorem census, & illum unicuique præferre, si eandem rem velit acquirere.
9. Ne censuario, moroso in solvenda pensione, imponatur aliqua pœna pecuniaria, nisi ob damnum emergens.
10. Ne pensiones maturatæ, & non solutæ convertantur in capitali, & augmento census.
11. Ut semper sit liberum censuario redimere censum, restituendo pretium censualitæ, à quo propterea hæc libertas nunquam auferri, seu limitari potest: debet tamen censuarius id denunciare censualitæ per duos menses, antequam redimat, & eis transactis realiter pecuniam in liberum depositum tradere, & de ea intimationem legalem facere. Rota post Cencium decis. 277. num. 9.
12. Tandem conditio est, ut censuarius non obligetur ad se affrancandum, seu ad censum redimendum, nisi in duobus casibus: Uno, quando ipse prius denunciaverit censualitæ, velle se affrancare, nam transactis duobus mensibus cogi potest à censualista, ut se affrancet, & censum redimat. Altero, si censuarius fuerit morosus in pensionibus solvendis, & pactum factum fuisset, quod in tali mora cogi posset ad affrancationem. Rota post Cencium decis. 147. à num. 7. & seqq. Molina disput. 391. clausula 11.

Lessius lib. 2. cap. 22. dub. 11. num. 69. & Cardin. Mantica de Tacit. & Ambig. lib. 8. tit. 22. à num. 22. Porrò de justitia, seu injustitia hujus pacti latius scripsit Clerus noster circa livellum in Decis. LXVII. & nos ibi.

Verùm quia disputant Doctores, utrùm supradictæ omnes conditiones vigore Bullæ Piænæ sint de substantia contractus, ita ut si una quæque ex eis deficiat, contractus census sit nullus? Vel potiùs si adjiciantur pacta contraria supradictis conditionibus, vitientur quidem pacta, sed ipsa non vitient contractum? Notarunt scribentes nostri ex communiori Doctorum opinione, si quatuor primæ conditiones tantum deficiant, deficere contractum, ita ut si res non sit immobilis, vel fructifera, vel certis finibus designata, vel pecunia realiter numerata non sit coram Notario, & testibus in stipulatione Instrumenti, census contractus sit invalidus; at cæteris conditionibus deficientibus per contraria pacta validus est contractus, quia ipsa pacta contraria vitiantur, & non vitiant, ut abundè docent DD. Nicolius d. lib. 3. tit. 24. à num. 54. & seqq. Rebell. dict. lib. 10. quest. 7. & 8. & Salas de Censibus dub. 31. Supradictæ omnes conditiones in his Versibus restringuntur.

Quærere si rectè Censum cupis, elige fundum,
Qui referat fructus, limitibusque nota.
Et pretium Domino vendenti in limine justum
Dinumerat, ut rebus consulat inde suis.
Fraudibus, & pactis careat contractus iniquis,
Qua vetuit Quinti Sanctio sancta PII.

His stantibus proponitur sequens casus:

Parochus interrogatur à renello Notario, quot conditiones sint de necessitate servandæ juxta Bullam S. Pii Quinti in constituendo censu? Quæritur, quid dicturus sit Parochus?

Dixere omnes, tradendas esse decisiones has per Parochum Notario, ut eas legat, & se instruat. Addiderunt, posse hac occasione arrepta Parochus ipse monere Notarium, ut à celebrandis Instrumentis contractuum, aut simulatorum, aut fœnerationum omninò caveat ob culpam mortalem, in quam incurrit, etiam cum onere restitutionis faciendæ parti læsæ ex magis probabili Doctorum sententia, ut videre est apud Cardin. de Lugo disput. 51. sect. 2. & Card. Toletum lib. 5. cap. 41.

DECISIO LXVI.

ARGUMENTUM.

Disputatur famosa Quæstio: An licitè à Judæis exercentur Usuræ? Vera declaratio text. Deuter. 23. 19. quem Judæi ridiculè interpretantur pro Usuris faciendis, etsi prohibitz sint cum quocunque.

SUMMARIUM.

1. Judæi an licitè usuras faciant cum Christianis?
2. Deuter. 23. Vers. 19. Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno: Declaratio.
3. Judæis olim permissum fœnerari cum alienis, sed non concessum.
4. Amorrbæorum, & Chananæorum bona Judæis à Deo addicta.
5. Julius Maurocenus Judæus ad fidem conversus laudatus.